



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Lydwina V. 14. Aprilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

342 VITÆ SANCTORUM. 14. April.
Ees audiverunt, cæcumque duci scilicet
jusserunt: THOMA IDIS verò tumulus
ceu Martyris cultus à Cœnobitis Sceta-
nis, Asylon deinceps fuit eorum, qui ho-
stem Cupidinem fugerent. Nimirum jam
antè cæcutiens puer oculis suis timet. Ex
Meneis.

Quoties te sentis turpibus cogitationibus
pulsari, toties pone ante mentis oculos, quo-
modo Christus crucifixus est pro te. Redem-
ptor tuus moritur pro te, & tunescis cujus-
modi sordidâ cogitatione sordidaris in
mente. Hug. l. 3. de Ani.

S. LYDWINA V. 14. Aprilis.

LYDWINA formam obesse castitati
videns, dignum virgine rata est vo-
tum, deformitatem à cælo petere. Au-
diit hoc, & omnia morborum examina-
misit: iis ita omnis gratia defluxit, ut ne-
mini jam placeret cadaver domum du-
cere. Sed sic illa demum formosa CHRI-
STO visa est. Hic ex amantibus solus jam
ægræ cum MATER effidere; solus amo-
ris sui & patientiæ symbola per Ange-
los lectulum ambientes ostentare: quo-
rum certè unâ recordatione LYDWINA
cruciatus suprà quâm dici aut credi po-
test, graves, facile tamen omnes redi-
mebat. Genium tutelarem ducem ad ea
loca, quæ CHRISTUS olim præsentia
suâ nobilitavit, ad purgantes inter flam-
mas & beatas sedes habuit. Ab eodem
donym

14. April. VITÆ SANCTORUM. 243
donum è priui parentis horto lignum
tulit odore nobile: ut inde una jam vel
virginitas vel patientia sperare quid posse
videatur. In subsidium pauperum ipsa
pauperrima peculium tamen corrogabat,
& J E s u crumenam dicitabat, cui pro-
fectò omnes, cùm audient, avari invi-
debunt, quippe quæ exhaustiri nunquam
potuit. Homini facinoroſo suafit, plumis
in unum latus noctem incumberet. Ri-
ſit ille, sed cùm hoc in plumis non pos-
ſet, ne in flammis olim posſe cogeretur,
flevit deinceps. At L Y D W I N A anno
Christi M. CCCC. XXX. ægritudinis
affidua ac multiplicis XXXVIII. cùm id
dolorum incrementum impetrasset, ut
ignibus nihil supereret piandum, mor-
tua tandem est, vel, ut rectius loquar,
tandem desit mori. Ex Io. Bruggmano.

Corpora omnia, & quidquid fluxum est
& caducum aspernans, totum te caeliſti
Patri addicas, nec præſenti temporis, sed
futuro ævo vivas, mortisque meditatio-
nem, ut Plato ait, hanc vitam existimes.
S. Greg. Naz: ad Philagr.

S. FRONTO ABBAS. 14. Aprilis.

R Idiculi homines, morituri ne moria-
mur fame, extimescimus. Com-
meatum in annos comportamus, diem
victuri: horrea struimus, sepulchrum
subituri, formicæ dicam an homines?

Q 2

Ni-